



**CONCILIO||RVM QVATVOR GENE=||ralium. Niceni.  
Constantinopolitani. Ephesini. et Calce=||donensis. Que  
diuus Gregorius magnus tanq[uam]|| quatuor Euangelia  
colit ac veneratur.||**

**Merlin, Jacques**

**Coloniae, 1530**

**VD16 M 4842**

Decreta Pontiani papæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72934](#)

# Decreta Pontiani pape.

Fo. XXXII.

Iere nita, iam dicta dānatione feria. ¶ Quod aut̄ sedes in ep̄oꝝ eccl̄is excelsae cōstitutæ & pr̄paratæ inueniunt̄ vt thronus speculationē & potestate iudicādi & soluēdi atq; ligandi à dāo sibi datā materiā docēt, vnde ipse saluator in euāgelio ait. Quæcūq; legaueritis sup terrā erūt ligata & in cœlo. Et q̄cūq; solueritis sup terram erūt soluta & in cœlo. Et alibi, Accipite sp̄m sanctū, q̄s remiseritis p̄ctā remittunt̄ eis, & q̄s retinueritis reteā sunt. Ideo ista pr̄tulimus charissimi, vt intelligatis potestatem ep̄oꝝ vestroꝝ, in eisq; dām veneremini, & eos vt aias vestras diligatis, & q̄bus illi nō cōmunicat̄ nō communicetis, & qd eiecerit̄ nō recipiat̄. Valde em̄ timenda est finia ep̄i, licet iniuste liget aliquē, qd tñ summopere p̄uidere deber. Vos aut̄ hortat̄ monemus oēs q̄ christianitatē suscepistis, & à Ch̄fo vocabulū christiani sumptifis, ne in aliquo christianitatē vestrā irritā faciat̄, sed sp̄fōnē quā dāo in baptismo fecistis firmiter teneatis, ne reprobi, sed cōdigni corā eo inueniamini. Et q̄cūq; vestrā cōem vitā suscep̄ta habet, & vout̄ le nihil propriū habere, videat ne pollicitationē suā irritā faciat̄, sed hoc qd dāo est pollicitus fideliter custodiāt ne dānationē, sed p̄miū sibi acquirat, qm̄ satius est nō vouere q̄ votū, prout melius p̄t, nō p̄scere. Grauius em̄ puniunt̄ q̄ votū fecerūt, & votū nō p̄fecerūt, aut fidē p̄ceperūt, & in malis vitā finierūt, q̄ illi q̄ vitā fine voto finierunt, aut fine fidei mortui sunt, & tñ bona egerūt opa. Ad hoc em̄ sensum rōnabilē naturæ munere & secūda natuitatis reparationē suscepimus, vt secūdū apl̄m magis q̄ sursum sunt sapiamus, nō q̄ sup terrā q̄ sapientia huius mundi stultitia est apud deū. Quid aut̄ suadet charissimi sapientia huius seculi, nisi nocitura q̄rere, & amare peritura, negligere salutaria, pro nihilo reputare p̄petua. Cupiditatē cōmēdat, de q̄ dicit̄: Radix oīm malorum est cupiditas. Quę in primis hoc malū habet, qd dū ingerit trānsitoria abs̄c̄dit & terna. Et dū à foris posita cōspic̄it intra se latētia nō introspic̄it, & dū aliena q̄rit, sectatori suo semetip̄m alienū facit. Ecce qd suadet seculi sapientia, viuere in delicijs, vnde dicit̄: Anima q̄ in delicijs est viuēs, mortua est. Suadet ergo mollissimis suauitatis, peccatis & vitis & flāmis nutrire carnē, cibi & vini int̄ēperantia animam p̄mtere, ac vitā sp̄us intercludere, & cōtra se hosti suo de se gladiū ministrare. Ecce qd suadet seculi sapientia, vt q̄ boni facti sunt, mali esse malint, & per errorem mentis fieri etiam studeant peccatores, & nō cogitentillā terribilem dei vocē, cum exurentur peccatores sicut fōnum.

¶ Omnes em̄ fideles p̄ manus impositionē ep̄oꝝ sp̄m sanctū post baptismū accipere debent, B vt pleni christiani inueniant̄, q̄a cū sp̄u sc̄tū infundit̄ cor fidele ad prudētiā & cōstātiā dilatāt. De sp̄u sc̄tō accepim⁹, vt efficiamur sp̄iales, q̄a aīalis hō nō p̄cipit ea q̄ sunt sp̄us dei. De sp̄u sc̄tō accepimus, vt sapiam⁹ iter bonū malūq; discernere, iusta diligere, iniusta respuere, vt malicie ac sup̄bie repugnemus, vt luxurię ac diuersis illecebribis & fēdis indignisq; cupiditatibus resistamus. De sp̄u sc̄tō accepimus, vt amore vitæ & gloriæ ardore succensi, erigere à terrenis mentē ad superna & diuina valeamus. Data Nonas Septembri, id est quinta die eiusdē mensis, Antonio & Alexandro. III. CC. concess.

## Incipiunt decreta Pontiani pape.

Anno dñi  
210. tēpeze  
Alexandri  
impera.

**P**ontianus ep̄s Felici Succriboni salutem. Oppido cor nost̄ charitati vestræ cōgaudet, q̄ studiū sanctæ religiōis summopere adimplere studetis, & fr̄es merebentes, ac destitutos in fide & religione cōfortatis. Vnde redēptoris nři misericordiā exoramus, vt sua nobis in oībus gratiā suffrageat̄, & effectu implere tribuat, qd velle cōcessit. In hoc itaq; bono tanto cōmoda retributiōis accrescūt, quanto & studium laboris augetur. Et q̄a in his oībus diuina gratiæ adiutorio opus est, omnipotētis dei assiduis p̄cibis clemētiā exoramus, quatinus hac̄ vobis semper operanda bona & velle tribuat & posse cōcedat, atq; in ea vos via cūfructu boni operis quā se pastor pastor̄ esse testatus est dirigat, vt sine quo nihil agi potest p̄ ipsum implere bona quae cōcepistis valeatis. ¶ De sacerdotibus aut̄ dñi q̄s vos audiūmus cōtra prauoꝝ hominū infidias adiuuare, eorūq; causas portare, scitote vos in eo valde deo placere, q̄ sibi eos ad seruēdū ascūit, & familiares in tantū sibi esse voluit, vt etiā alioꝝ hostias per eos acceptaret, atq; eos pecata donaret, sibi p̄ recōciliaret, ipsi quoq; proprio ore corpus dñi conficiunt & populis tradunt. De illis em̄ dictū est, q̄ vos cōtristabit, me cōtristabit, & q̄ vobis facit iniuriā, recipiet id quod inique gesit. Et alibi. Qui vos audit̄ me audit, & q̄ vos spernit me spernit. Qui autē me spernit, spernit eū qui me misit. Hi enim non sunt infestandi, sed honorandi. In eis quoq; dñs honorat̄, cuius legatione funguntur. Hi ergo si forte ceciderint à fidelibus sunt subleuādi & portandi. Accusandi autē non sunt ab infamibus aut sceleratis vel inimicis aut alterius sect̄ hominibus vel religionis, si peccauerint à reliquis arguant̄ sacerdotibus, sed & à summis pontificibus cōstringant̄, & nō à secularibus aut malae vitæ hoībus arguant̄ vel arceantur. Quod ergo de fratri vestri transitu vos cōtristari audiūmus, non modico cōpulsi sumus incōrōe.

F 2 Vnde

## Decreta Pontiani pape.

**D** Vnde omnipotētē dēū rogamus, vt suæ vos gratiæ aspiratiōe consolet, vosq; & à malignis spiritibus & à pueris hoībus celesti p̄tectione custodiat. Nā & si q̄s post illius obitum tumultus q̄rundā aduersantū sustinetis, nolite mirari, si vos q̄ frui bonis in terra v̄fa, id est in terra viuen tiū q̄ritis, mala hominū in terra aliena portatis. Peregrinatio q̄ppe est vita p̄nis, & q̄ suspirat ad patriā ei tormentū est pegrinatōis locus, etiā si blandus esse videat, vobis aut q̄ patriā q̄ritis inter suspiria q̄ habetis, etiā gemitus audio humanae oppressionis exurgere. Quod mira omnipotentis dei dispositōe agit, vt dū veritas p̄ amore vocat, mūdus p̄his à se ipso animā vestrā p̄ tribulatiōes quas īngerit, reniciat. Tantocq; facilius ab amore huius seculi mens exeat, quāto & impellit dum vocat. Itaq; qd ccepisti hospitalitatis curā impēdite in oratiōe & lachrymis instantissimā labore. Eleemosynis q̄s semp amasti iā nūc largius atq; vberius date operā, vt tanto post crescat vobis in retributiōe fructus munieris, quāto hic excrēverit studiū laboris. Pr̄terea salutates paterna dulcedine bonitatē vestrā petimus, vt in bonis q̄ ccepisti ne deficiatis. Necq; vllus vos ab eis auertere possit, sed in cūctis affectū v̄ræ charitatis clerici & servi dei ac cūcti christiani q̄ in illis partibus cōmorant, amore Christi & sancti Petri pleniter inueniāt, & fauoris vestri solatijs q̄cūq; mō necesse fuerit pontian, q̄tenus v̄fa cūcti ope defensi, atq; adiuti, & nos vobis gratiarum possimus existere debitores & Chrys dñs n̄, atq; beatus Petrus apostologe princeps in q̄s vos causis impeditis Iesus Christus & ternā gloriā cōpenset, & beatus apostolus Petrus iphius gloriā ianuam aperiat. Data, X. Caleñ. Februarij Seuero & Quintiano. IIII. CC. concess.

## Ep̄istola Pontiani pape de fraterna dilectione: i vitandis malis.

**P**ontianus sancte & vniuersalis ecclesiæ ep̄is omnibus recte dñm colentibus & diuinū cultum amantibus salutem. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Hæc verba charissimi non hominū sunt: sed angelorum, & non humano sensu excogitata sed ab angelis in ortu salvatoris annunciatæ, quibus indubitanter ab omnibus intelligi potest, quod non male voluntatis, sed hominibus bone pax sit à domino data, vñ & dominus per prophetam loquuntur dicens. Quā bonus Israel deus his qui recte sunt corde, mei aut pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei qui emulatus sum contra iniquos pacē impiorum videns. De bonis vero ipsa per se veritas ait: Beati mundo corde quoniam ipsi deum vñ debunt. Mundi enim non sunt corde qui mala cogitant, aut nocuia aduersus fratres suos, q̄ nihil mali vult q̄ fidelis est. Fidelis ergo homo magis diligit audire q̄ oportet quām dicere quā nō oportet. Et si quis fidelis est, videat ne mala loquatur, aut cuiq; infidias ponat. In hoc ergo discernuntur filii dei & filii diaboli. Filii nāq; dei semper cogitant & agere contendunt q̄ dei sunt, & fratres indeſinenter adiuuant, & nulli nocere volunt. Filii autem diaboli econtra mala & nocuia semper meditant, q̄ opera eorū mala sunt. De quibus loqui dominus per Hieremiā prophetā dicens. Loquar iudicium mea cum eis super omni malitia eorum. Propterea iudicium cōtentum adhuc vobiscum ait dominus, & cum filiis vestris disceptabo. Ecce ego fingam cōtra vos malum & cogito contra vos cogitationem. Hæc fratres valde sunt timenda, & ab omnibus cauenda, quoniā sup quem iudiciū dei ceciderit, non exiet impunitus. ¶ Et ideo vnuſq; p̄uidet ne hoc machineat aut agat in fratre, qd ipse pati noluerit. Et nec in suspitionē veniat homo fidelis, vt dicat aut faciat ea quā pati nō vult, vnde suspectos, & inimicos, aut facile litigantes, & eos q̄ nō sunt bonæ cōuersationis, aut q̄ vita est accusabilis, q̄ rectā nō tenent aut docēt fidē, acculiatores aīcesores nostri apostolica repulerūt autoritate, & nos submouemus atq; futuris temporibus excludimus ne libenter labi possint quos nos tenere & saluare debemus, ne (quod abit) prædictū dei iudiciū sup vtrōsq; veniat, & nos eorū vitio (quod deus auertat) pereamus. Scriptū est em̄. Rectorē te posuerūt, curā illoq; habe, vt leteris propter illos, & ornamenti gratiæ accipias, & coronā & dignationē consequaris cum rogatione. V̄ erbū em̄ nequā immutauit cor ex quo quatuor partes oriuntur. Bonū & malū, vita & mors, & dñatrix est eorū assida lingua. Pro talibus prædicti vitādi admodū sunt, & priusq; p̄dictæ enucleatim examinent opiniōnes, & ab illis alieni inueniātur nō sunt suscipiendi, quoniā sacrificiū salutare est attēdere mādati, & discedere ab omni iniq̄itate. Benelacitū est dñio recedere ab iniq̄itate, & laudatio recedere ab iniustitia. Quoniā scriptū est. Dilige proximū tuū & cōiungere fide cū illo, quoniā si denudaueris absconfa illius nō persequeris post eū. Sicut em̄ homo qui perdit amicū suū, sic qui perdit amicitiā proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua, sic q̄ dereliquisti proximū tuū, & nō eū capies. Non illū sequaris quoniā longe abest. Eflugit em̄ quasi caprea de laqueo, quia vulnerata est anima eius, vltra eū nō poteritis colligare, & maledicta est concordatio, denudare em̄ amici mysteria, desperatio est anūq; infidelis, Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiiciet.

# Epistola Pontiani pape.

Fo. XXXIII.

abiciet. In cōspectu oculog̃ tuog̃ cōculabit os suū, & sup sermones tuos admirabit̃. Nouissime aut̃ puertet os suū, & in verbis tuis dabit scandalū. Multa audiū & nō coæquauit ei, & dñs odiet illū. Qui in altū lapidē mittit, sup eius caput cadet, & plaga dolosi diuidet vulnera. Qm̃ q̃ fudit fouē, incidet in illā, & q̃ statuit lapidem proximo, offendet in eo, & q̃ laqueū alio ponit, peribit in illo. Facienti neq̃slimū cōfiliū, sup eū deuoluet, & nō cognoscet vnde adueni et illi. Illusio & improperiū superbor̃ & vindicta sicut leo infidiab̃ illi, laqueo peribit q̃ oblectant̃ casu iustog̃, dolor aut̃ cōlumet illos anteq̃ moriant̃, ira & furor vtraq̃ execrabilit̃, & vir peccator cōtinens erit illog̃. Qui vindicari vult, à deo inueniet vindictā, & p̃ctā illius seruans seruabit. Relinque proximo tuo nocēti te, & tūc deprecanti tibi p̃ctā soluent̃. Homo homini seruat irā, & à deo querit medelā. In hominē simile sibi nō habet misericordiā, & de pecatis suis deprecat altissimum. Ipse dū caro sit seruat irā, & propitiationē petit à deo. Quis exorabit pro delictis illius? Memento nouissimor̃ & desine inimicari, tabitudo em̃ & mors imminent mādatis. Memorare timorē dei altissimi, & non irascaris proximo tuc̃. Memorare testamēti altissimi, & despice ignoratiā proximi. Abstine te à līte, & minues p̃ctā. Hō em̃ iracūdus incēdit līte, & vir p̃ctōr turbabit amicos, & in medio pacē habētiū immittet inimicitiās. Secūdū em̃ ligna sylue, sic ignis exardecit, & secūdū virtutē hoīs iracūdia illius erit, & secūdū substātiā suā exaltabit irā luā. Certamē festinatū incēdet ignē, & lisfestinās effundet sanguinē, & ligua testificās adducet mortē, si sufflaueris q̃si ignis ardebit, & si pueris sup illā extingueſt, & vtraq̃ ex ore, p̃fiscisq̃. Susurro & biliguis, maledictus, multos em̃ turbauit pacē habētes, lingua tertia multos cōmómit, & disp̃sit illos de gēte in gentē. Ciuitates diuitū munitas deufruxit, & domos magnatū effodit. Virtutes populoꝝ cōcidit, & gētes fortes dissoluit. Lingua tertia mulieres vnit̃ eiecit, & priuauit illas de laboribus suis. Qui respicit illā, nō habebit requiē, nec habitabit cū requie, flagelli plagā liuorē facit, plaga aut̃ lingua cōminuit oſfa. Multi ceciderūt in ore gladij, sed nec sic q̃io q̃ interierūt p̃ lingua suā. Beatus q̃ tectus est à lingua nequā, & q̃ in iracūdia illius nō trāsūit & q̃ nō attraxit iugū eius & vinculis illius non est ligatus. Iugū em̃ illius iugū ferreū est, & vinculū illius vinculū æreum est. Mors illius mors neq̃slima est, & utlis potius infernus q̃ illa. Perseueratiā illius nō p̃manebit, sed obtinebit vias iniustog̃ & flāma sua nō cōburet iustos. Qui derelinquūt deū incidāt in illā, & exardecet in illis & nō extingueſt, & immittet in eos q̃si leo & q̃si pardus lædet eos. Sepi aures tuas spinis & noli audire lingua nequā, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurū tuū & argētum cōſta, & verbis tuis facito staterā, & frenos ori tuo rectos, & attēde ne forte labaris in lingua tua, & cadas in cōspectu inimicog̃ & inimicitiū tibi, & sit casus tuus insanabilis ad mortem. Ne tardes cōuerti ad dñm, & ne differas de die in diē. Subito em̃ veniet ira illius, & in tpe vindictā disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis, nihil em̃ proderūt tibi in die obductionis & vindictē. Nō ventiles te in omnē ventū, & nō eas in omni via. Sic em̃ p̃ctōr probat dupli- ci lingua. Esto firmus in via dñi, & in veritate sensus tui & scia, & prosequat̃ te verbum pacis. & iustitiae. Esto māsuetus ad audiendū verbū vt intelligas, & cū sapientia fer̃ responsum ver̃. Si est tibi intellectus respōde proximo, sin aut̃ fit manus tua sup os tuū ne capiaris in verbo i- disciplinato & cōfundaris, honor & gloria in sermone sensati, lingua imprudentis subuersio ipsius. Nō appelleris susurro, & in lingua tua ne capiaris & cōfundaris. Super furē em̃ est con- fusio & p̃cenitētia, denotatio pessima sup bilingue. Susurratori aut̃ odiū est, inimicitia & con- tumelia, lustifica puſillū & magnū similiter. Noli fieri pro amico inimicus proximo. Im- properiū em̃ & cōtumeliā malus hereditabit, & ois peccator inuidus & bilinguis. Nō te extollas in cogitatiōe aīa tua velut taurus, ne forte elidat̃ virtus tua sup stultitiae, & folia tua comedet & fructus tuos p̃det, & relinq̃ris velut lignū aridū in heremo. Anima em̃ nequā disperdit q̃ se ha- bet, & in gaudiū inimici dat illū, & deducet in sorte impioꝝ. Charissimi oppressos erigere stu- dete, & necesse habētes semp adiuvate, qm̃ q̃ fratré afflīctū releuat apprehesum eripit, in cerē- tem consolat̃ ab illo sibi retribui cui totū impenit non dubitet q̃ ait. Quod vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Taliter em̃ bona indefinenter agere studeſt, vt fructū boni opis & hic cōsequamini, & in futuro gratia dei perfruamini, quatinus cœleſtis regni aula introire po- stea mereamini. Dā quinto Calen. Maij, Seuero & Quintiano. IIII. CC. consulibus.

## Incipit decreta Anteri pape.



Harissimiſ fratribus p̃ Beticæ atq̃ Toletanæ prouincias ep̃is cōstitutis, Ante-  
rus eps̃ i dño salutē. Optauſ fratres charissimi ſemp dilectōis & pacis vestrę syn-  
ceritat̃ gaudia audire, ita vt vicissim diſcurrētibus līris ſoſpitatis indīcia iuuātur,  
ſi q̃etos nos ab incurſiōe ſua vacare hoſtis antiquis ſineret. Qui ab initio mē-  
dax inimicus veritatis, & mulus hoīs, quē vt deciperet ſe ante decepit pudicitiaꝝ

Anno dñi,  
2̃9, rēpōre  
Dāxim⁹  
nū imperat,

F 3 aduer-